



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Blasphemia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

7 Fundator Ecclesiae, seu beneficii, seu hæres, vel successor fundatoris, seu executor testamentarius ab eo deputatus cū consensu Episcopi mutare potest statutum Ecclesiae. *Vitian. de iurepatron. part. 3. lib. 14. cap. 4. num. 14.*

8 Formam mutationis. vide apud Monet. *vbi supra cap. 11. a num. 451. ad 439.*

## ADDITIO.

Verius non potest Episcopus mutare Parochiale in collegiatam. *DD. cum Barbos. de iure Ecl. 32. 2. 27. cap. 6. num. 1. & de cissim refert 2. tuuy 1626. Loter. de re benef. lib. 1. q. 14. num. 49.*

## Biblioteca Canonorum.

1 **C**onstituatur cum Indice librorum. *Prou. 4.*

2 Praefectus eligatur ab Episcopo de Cōcilio Capituli. *ibid.*

3 Duret eius officium arbitrio Episcopi. *ibid. si alia sit eligendi consuetudo, feruetur. ibid.*

4 Ineatur ratio eam augendi. *ibid.*

## Blasphemia.

1 **C**lericus Deum, vel B. V. expresse blasphemans, prima vice priuetur fructibus beneficiorum vnius anni. *Pius V. Anno 1566.*

2 Pro altera vice beneficijs priuetur. *ibid.*

3 Pro tertia vice omnibus dignitatibus, & in exilium mittatur. *ibid.*

4 Si caret beneficio, luat pœnam pecuniariam, vel corporalem pro prima vice; carceri deatur pro altera; pro tertia verbaliter degradetur, & ad tritemes mittatur. *ibid.*

5 Pro blasphemia in Sanctos, arbitrio judicis, habita ratione qualitatis blasphemie, & personæ. *ibidem.*

## Bona Ecclesiastica.

1 **E**a quo quis modo usurpantes, seu impedientes, anathemati subiaceant, donec fiat restitutio, & absolutio Papæ reueratur. *Trid. sess. 21. cap. 1.*

2 Patronus autem priuetur etiam Iure-

patronatus, & Clericus, etiam beneficijs, & ab ordinum executione sit suspensus, etiam post absolutionem praeditam, arbitrio Ordinarij. *ibid.*

3 Et haec Decreta quotannis euulgentur. *Prou. 5.*

4 Bona Confraternitatum, & Hospitalium electorum sine auctoritate Episcopi sunt laicalia; si vero illius auctoritate, sunt ecclesiastica. *Barbos. de potest. Episc. alleg. 75. num. 32.*

5 Locationes anticipatis solutionibus factæ in præludium successorum sunt invalidæ. *Trident. sessione 25. cap. 11.*

6 Neque licet locare Iurisditiones ecclesiasticas, seu facultates nominandi, aut deputandi Vicarios in spiritualibus; neque licet conduktoribus per se, aut alios exercere. *ibid.*

7 Locationes ad longum tempus, seu, ad 29. annos, aut bis 29. annos, irritæ sunt, & nullæ. *ibid.*

8 Nemini liceat locare bona Ecclesiae propinquis, intra tertium gradum in emphyteusim, aut ad tempus, etiam per suppositas personas sine magna utilitate Ecclesiae, iudicio Episcopi, sub pena nullitatis, & alijs arbitrio Episcopi *Pro. 1.*

9 Neque item Patronis, neque ijs, quorum cessione ea beneficia obtenta sunt, nisi vt supra, alias mulctetur beneficiarius fructibus vnius anni quos inde capiat. *Prou. 2.*

10 Solatio, quæ fit quotannis titulo emphyteusis, vel ad longum tempus locationis, fiat per scripturam Notarij, addita cauſa, & quantitate pecunia. *ibid.*

11 Et instrumenta eiusmodi spatio mensis tradantur Episcopo in Archivio seruanda. *ibid.*

12 Inuestiture feudorum renouentur a successoribus cum iuramento fidelitatis. *Prou. 1.*

13 In his renouationibus, omnia bona, & eorum fines nominati in instrumento describantur. *ibid.*

14 Emphytenta, vel colonus iurans soluere Canone singulis annis, non soluto Canone, poterit ante biennium expelli. *Nald. Emphytensis. num. 2.*

15 Potest vice caducitatis duplicari Canon seu fictus consuetus. *Mar. Antonin. l. 1. resol. 30. in fine.*